

www.e-rara.ch

Manuductor Ad Latinitatem In Usum Scholae Turicensis

Schulthess, Johann Georg

Turici, MDCCLXXXVII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Gal Sp 363,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-85142>

Liber quintus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LIBER QUINTUS.

Ab anno urbis 632. ad annum 651.

Dum bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Marcus Mallius & Quintus Cæpio a Cimbris *) & Teutonibus, **) & Tigrinis ***) & Ambronibus †), quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, victi sunt juxta flumen Rhodanum. Et ingenti interneccione attriti, etiam castra sua & magnam partem exercitus perdidit. Timor Romæ grandis fuit, quantus vix Annibalidis tempore punici belli, ne iterum Galli Romam redirent. Ergo Marius post victoriam Jugurthinam secundo consul est factus, bellumque ei contra Cimbro & Teutones decretum est. Tertio quoque ei & quarto delatus est consulatus, quia bellum Cimbricum protrahebatur. Sed in quarto consulatu collegam habuit Quintum Lutatium Catulum. Cum Cimbris itaque conflictit, & duobus præliis ducenta millia cecidit, octoginta millia cepit, & ducem eorum Teutobodum; propter quod meritum absens quinto consul est factus. Interea Cimbri & Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam transie-

*) Cimbri, die Einwohner des *Chersonesus Cimbrica*. (heutzut. Jütland ic. in Dänemark.)

***) Teutones, diese wohnten, wie man glaubt, eigentlich auf den izegen dänischen Inseln Seeland, Sünen ic. weil sie sich aber nach und nach in Germanien ausbreiteten, so bekam die teutsche Nation den Namen von ihnen.

****) Tigrini, diese bewohnten das izege Zürichgebiet, Thurgäu, und ihr Land erstreckte sich bis an die Reuß.

†) Ambrones, hält man für die alten Bewohner des izegen deutschen Bernergebiets und des C. Solothurn.

fierunt. Iterum a C. Mario & Quinto Catulo contra eos dimicatum est, sed a Catuli parte felicius. Nam prælio, quod simul ambo gesserunt, centum & quadraginta millia, aut in pugna, aut in fuga, cæsa sunt, sexaginta millia capta. Romani milites ex utroque exercitu trecenti perierunt. Tria & triginta Cimbris signa sublata sunt. Ex his exercitus Marii duo reportavit, Catuli exercitus triginta & unum. Is belli finis fuit; triumphus utrique decretus.

Ab anno urbis 661. ad annum 664.

Sexto Julio Cæsare & Lucio Marcio Philippo cons. sexcentesimo quinquagesimo nono anno ab urbe condita, cum prope omnia alia bella cessarent, in Italia gravissimum bellum Picentes, Marfi, Pelignique *) moverunt. Qui, cum annis numerosis **) jam populo Romano obedirent, tum libertatem sibi æquam ***) adferere cœperunt. Perniciosum admodum hoc bellum fuit. P. Rutilius consul in eo occisus est; Cæpio, nobilis juvenis & Porcius Cato, alius consul. †) Duces autem adversus Romanos Picen-

*) Marfi Pelignique, zwei Nationen in Latium, und zwar im jetzigen Abruzzo, dem mitternächtlichen Theil des Königr. Neapel.

**) anni numerosi, sehr ungewöhnlich für *multi*.

***) æquam libertatem, sc. Romane; Eine der römischen gleiche Freyheit; die Freyheitsrechte des römischen Volkes.

†) alius consul, nicht der andere Consul, sonst müßte alter stehen: sondern ein anderer, inoch ein C. P. Cato war nicht des Rutilius Nebenconsul, sondern erst nach ihm.

Picentibus & Marsis fuerant Titus Vietius, Hierius Asinius, T. Herennius, Aulus Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum est a Cajo Mario, qui sexies consul fuerat, & a Cn. Pompejo; maxime tamen a L. Cornelio Sylla, qui inter alia egregia, ita Cluentium hostium ducem, cum magnis copiis fudit, ut ex suis unum amitteret. Quadriennio, cum gravi tamen calamitate, hoc bellum tractum est. Quinto demum anno finem accepit, per L. Cornelium Syllam consulem, cum antea in eodem bello ipse multa strenue, sed prætor, gessisset.

Anno urbis 664.

Anno urbis conditæ sexcentesimo sexagesimo secundo, primum Romæ bellum civile commotum est, eodem anno etiam Mithridaticum. Causam bello civili Cajo Marius, sexies consul,*) dedit. Nam cum Sylla consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam & Achajam occupaverat, mitteretur; isque exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli socialis, de quo diximus, quod intra Italiam gestum fuerat, reliquæ tollerentur, Marius affectavit, ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Qua re Sylla commotus cum exercitu ad urbem venit. Illic**) contra Marium & Sulpicium dimicavit. Primus***) urbem Romam armatus ingressus est; Sulpicium interfecit, Marium fugavit. Atque

D

ita,

*) Sexies consul, qui sexies cons. fuerat.

**) Illic, in ipsa urbe.

***) Primus, sc. civis. Von den Bürgern, welche vorher ihre Vaterstadt bekriegt hatten, war keiner vordrängend in dieselbe hineingedrungen.

ita consulibus ordinatis in futurum annum Cn. Octavio & Lucio Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est. Mithridates enim, qui Ponti *) rex erat, atque Armeniam minorem, **) & totum Ponticum mare ***) in circuitu, cum Bosporo ****) tenebat, primo Nicomedem, amicum populi Romani, Bithynia voluit expellere, senatuique mandavit †) bellum se ei propter injurias, quas passus fuerat, illaturum. A senatu responsum est Mithridati, si id faceret, quod & ipse bellum a Romanis pateretur. ††) Qua re iratus Cappadociam statim occupavit, & ex ea Ariobarzanem, regem & amicum populi Romani, fugavit. Mox etiam Bithyniam invasit & Paphla-

*) Ponti rex: das Königreich Pontus am P. Euxinus, gegen Morgen von Paphlagonien.

**) Armenia minor war der Theil von Armenien gegen Abend, dem Pont. Euxin. näher, A. major, (heutzut. Turcomanien) lag gegen Morgen, bis ans Caspische Meer.)

***) Ponticum mare, i. q. Pontus Euxinus (das schwarze Meer.)

****) Bosporo; Man ist nicht einig, ob hier der Bosporus Thracicus, (die Meerenge bey Constantinopel,) welche den Propontis (Mar di Marmora) mit dem Pontus Euxinus vereinigt, gemeint sey; oder der Bosporus Cimmerius, (die Meerenge bey Cassa,) welche den Pontus Euxinus mit dem See Maotis (dem assowischen Meer) verbindet.

†) Senatui mandavit, h. l. Er hat dem Senat ankündigen, ansagen lassen. Sonst heißt mandare cui quid, Einem etwas auftragen, anbefehlen.

††) quod & ipse bellum pateretur, für bellum & ipsum passurum esse. So wird quod von Schriftstellern aus dem Zeitalter der guten Latinität nicht gebraucht.

Paphlagoniam, *) pulsis ex ea regibus, amicis populi Romani, Pylæmene & Nicomede. Inde Ephesum **) contendit, & per omnem Asiam literas misit, ut, ubicunque inventi essent cives Romani, uno die occiderentur. Interea etiam Athenæ, civitas Achajæ, ***) ab Aristone Atheniensi Mithridati tradita est. Miserat enim jam ad Achajam Mithridates Archelaum ducem suum cum centum & viginti millibus equitum ac peditam: per quem etiam reliqua Græcia occupata est.

Ab anno urbis 665. ad annum 668.

Sylla Archelaum apud Piræum, †) non longe ab Athenis, obsedit, ipsamque urbem cepit. Postea commisso prælio contra Archelaum, ita eum vicit, ut ex centum & viginti millibus,

D 2

vix

*) Paphlagonia, eine Landschaft in Kleinasien gegen Osten von Bithynien.

**) Ephesus, die Hauptstadt von Jonien einer Landschaft von Kleinasien, längst den Küsten des Ägeischen Meers.

***) Achaia, eigentlich die griechische Landschaft welche gegen Abend und Mitternacht am Korinthischen Meerbusen ligt. Nach der Eroberung v. Korinth, da Griechenland eine Römische Provinz ward, hieß bey den Römern, das ausgenommen, was zur Provinz Macedonien gehörte, ganz Griechenland Achaja, weil die Achæer in den letzten Zeiten das Haupt desselben gewesen. In diesem Sinn gehört Attika dazu, die berühmte griechische Landschaft, deren Hauptstadt das erlauchte Athen war.

†) apud Piræum, für in Piræo, so wird apud von Eutrop verschiedne male gebraucht. Piræum oder Piræus, war ein besetzter Ort bey Athen, der beste Seehafen der Atheniensr. — — Triplex Piræi portus constitutus est: isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquiparet, utilitate superaret. — Corn. Nep. Them. VI. 1.

vix decem Archelao superessent, ex Syllæ exercitu quatuordecim tantum homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, septuaginta millia lectissima ex Asia Archelao misit, contra quem Sylla iterum commisit. Primo prælio viginti millia hostium interfecta sunt, filiusque Archelai Diogenes; secundo omnes Mithridatis copiæ extinctæ sunt. Archelaus ipse triduo nudus in paludibus latuit. Hac re audita, Mithridates cum Sylla de pace agere cœpit. Sed cum legati a rege Mithridate, qui pacem petebant, venissent, non alter se daturum esse Sylla respondit, nisi rex, relictis his, quæ occupaverat, ad regnum suum redisset. Postea tamen ad colloquium ambo venerunt, pax inter eos ordinata est, ut Sylla ad bellum civile festinans, a tergo periculum non haberet.

Ab anno urbis 665. ad annum 670.

Nam dum Sylla in Achaja atque Asia Mithridatem vincit, Marius, qui fugatus erat, & Cornelius Cinna, unus ex consulibus, bellum in Italia repararunt; & ingressi urbem Romanam, nobilissimos e senatu, & consulares viros interfecerunt; multos proscripserunt; ipsius Syllæ domo eversa, filios & uxorem ad fugam compulerunt. Univerfus reliquus senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam venit, orans, ut patriæ subveniret. Ille in Italiam trajecit, bellum civile gesturus adversus Norbanum & Scipionem consules. Primo prælio contra Norbanum dimicavit, non longe a Capua. Tum septem millia ejus cecidit, sex millia cepit: centum & viginti quatuor suorum amisit. Inde etiam se ad Scipionem convertit, & ante prælium totum ejus exercitum sine sanguine in ditionem acce-

accepit. Sed cum Romæ mutati consules essent, & Marius, Marii filius, ac Papirius Carbo consulatum accepissent, Sylla contra Marium juniorem dimicavit; & viginti quinque milibus ejus occisis, quadringentos de suis perdidit. Mox etiam urbem ingressus est. Marium Marii filium, Præneste persecutus, obsedit, & ad mortem compulit.*) Rursus pugnam gravissimam habuit contra Lamponium & Carinatem, duces partis Marianæ, ad portam Collinam. Octoginta millia hostium in eo prælio contra Syllam fuisse dicuntur, duodecim millia se Syllæ dederunt. Cæteri in acie, in castris, in fuga, insatiabili ira victoris consumti sunt.

Anno urbis 670. & 671.

Cn. quoque Carbo, consul alter ab Arimino ad Siciliam fugit, & ibi per Cnejum Pompejum interfectus est: quem adolescentem Sylla annos unum & viginti natum, cognita ejus industria,**) exercitibus præfecerat, ut secundus a Sylla haberetur. Occiso ergo Carbone, Siciliam Pompejus recepit. Transgressus***) inde ad Africam, Domitium, Marianæ partis ducem, & Hiarbam, regem Mauritanæ, qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Post hæc Syl-

D 3

la

*) ad mortem eum compulit, Er hat ihn zum Selbstmord getrieben. Der jüngere Marius ließ sich, da er aus der belagerten Stadt keine Rettung möglich sah, durch einen seiner Leute das Leben nehmen, um seinen Feind nicht in die Hände zu fallen. — ad mortem coactus venenum hausit, kömmt gerade im sechsten Buch vor.

***) industria, pr. Thätigkeit, h. l. Tapferkeit.

****) Transgressus; transgredi wird auch von Wasserreisen gebraucht, für trajicere.

la de Mithridate ingenti gloria triumphavit. Cn. etiam Pompejus, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum & vicesimum annum agens, de Africa triumphavit. Hunc finem habuerunt duo bella funestissima, Italicum, quod & Sociale dictum est, & Civile: quæ ambo tracta sunt per annos decem. Consumserunt ultra centum & quinquaginta millia hominum, viros consulares viginti quatuor, prætorios septem, ædilitios sexaginta, senatores fere ducentos.
